

Jacob Fabricius


**Rector Universitatis Rostochiensis, Jacobus Fabricius, Archiater & Medicinae ac
Mathematicum Superiorum Professor Ordinarius, ad exsequias ... Dn. Alberto
Heinio, Iuris Doctori ... a relicta vidua & liberis moestissimis, ... Reipubl. litterariae
cives omnes & singulos, ea qua par est, diligentia, vocat & invitat**

Rostochii: Kilius, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756281725>


Druck Freier  Zugang






Uiac
orum
regium.

Vol. 241. (3.) <SON>





13 S
RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JACOBUS
FABRICIUS,

Archiater & Medicinæ ac Mathe-
matum Superiorum Professor
Ordinarius,

ad exsequias,

Viro Consultissimo & excellentissimo,

Dn. ALBERTO HEINIO,

Juris Doctori & Decretalium, per XL. annos, Pro-
fessori, Academiæ & Collegij Ducalis Seniori,
ac Consiliario Megapolitano,

relictâ viduâ & liberis mœstissimis,

hodie horâ primâ pomeridianâ curandas,

*Reipubl. litteraria cives omnes & singulos, eâ, quâ par est, diligen-
tiâ, vocat & invitât.*



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XXXVI.

ΓΙΑΓΝΕΙΝ μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνητῷ : Δεύτερον δὲ κα-
 λὸν γένεσθ : τὸ τρίτον, πλεῖν ἀδόλως. Rectè valere,
 optimum est mortali homini, proxum è succedit nasci for-
 mosum : post sine fraude ditari. Hoc Platonem scriptis
 mandasse Athenæus in Dipnosoph. lib. 15. commemorat ; quod
 tamen ab Anaximandride Comico derisum fuisse in Thesarto, i-
 dem ait. Et licet hic diffiteri non potuerit, bonam valetudinem hu-
 manarum rerum præstantissimam, tamen Divitias postremo dun-
 taxat esse collocandas loco, id verò pernegavit elegantibus verbis:
 καλὸς δὲ πεινῶν εἶναι αἰσχροὺς θηρίων. Pulcher, si inops esurit, fœda
 bestia est. Pindarus etiam Sanitatem, seu corporis firmam vale-
 tudinem divitijs ac gloriæ præposuit canens : ὕμνετε δ' εἰ τις ὄλβον
 ἄρδει, ἐξαρκεῶν κλεῖα ποσει, καὶ εὐλογίαν περσιθεῖς μὴ μελέουσι θεῶς
 γένεσθ : Si quis junctas sanitati divitias possederit, pro suæ ne-
 cessitatis modulo, bonumq; ijs nomen addiderit, non est quod is
 Deus fieri adnitatur. Ex quibus differentes istorum Autorum sen-
 tentias, unius nimirum sanitatem & corporis robur; Alterius Di-
 vitias, primum, quod optari ab homine potest, & summum bonum
 colligere licet. Miseri profectò, qui in reb9 usq; adeò caducis, εὐδαι-
 μονίαν collocare voluerint, cum tamen illa bona reverà bona non
 sint, sed ex istius, qui possidet, ingenio, bona vel mala censeantur.
 Quid etenim forma aut robur corporis? lutū scitè compactū, quod
 levis aliquis morbus corrumpit, gravior autè casus frangit planè &
 conterit. Quin & frustra sanitatem perpetuam cogitamus, cum
 quotidiana nos experiri cogat experientia, crescentibus annis decre-
 scere vires, ut verissimè scripserit Jobus, Homo natus de muliere,
 quasi flos egreditur, & succiditur, fugit quasi umbra, nec diu vivit.
 Quod & Moses Ps 90. fatetur : Instar somni prætervolat, sicut gra-
 men campi, quod hodie viret, cras autem arefcit: quin imò excellen-
 tissimum dierum nostrorum non nisi laboriosum est & molestum;
 hominis vel maximum splendor, πόνος δὲ καὶ κόπος. Alij in Nata-
 lium splendore & Honoribus felicitatem istam quærunt; sed quid
 Honor, præterquam major & gravior quædam servitus, ut rectè, ne-
 scio quo autore, sit dictum: Reges quidem factus spe cæteris præ-
 cellere, sed re ipsa ministros esse, & servos multitudinis. Nobilitas
 autem & Natalium splendor, etiamsi expeti debere videatur, reve-
 rà tamen alienum bonum, non nostrum est. Qui etenim Majorum
 imâges in atrijs suspendunt, quiq; in parietibus, & primo ædium
 vesti-

min
 nhe

382
S
vestibulo stemmata sua longo ordine, nominaq; familiæ collocant,
non suis, sed majorum suorum virtutibus gaudent. Alij alias de
summo hominis bono, quodnam illud sit, & in quâ re consistat, fo-
verunt, & etiamnum hodie fovent opiniones, quas sub ingressum
hujus exsequialis Intimationis vel nominare omnes, vel explicare,
operis remur non necessarij: Carnis quidem & carnalium amici
circa terrena versantur, & se beatos existimant, quoties illorum, quæ
desiderant, compotes redduntur; Hinc quidam variarum lingua-
rum & artium, rerumq; notitiam, ipsaq; mundanæ Sapientiæ studia
venantur, eo pacto sese in hoc orbe gloriam & splendorē, nomenq;
quod & sera laudare queat Posteritas, indepturos, omninò sperantes.
Quamvis autem hoc propositum laude dignum sit, & meritò illius
strenui cultores, cæteris inutilibus terræ ponderibus præferantur,
maximiq; fiant, qui bonarum Artium & Partium, honestarumq;
disciplinarum scientiâ expoliuntur: tamen quum non rarò tales &
Φιλανθία & νενοδοξία, ut Pavò supino firmate, turgeant, præq; ar-
rogantiâ, reliquis etiam sui similibus spretis, res novas attentent, &
moliantur, quibus animi Regum & populi ad injustam crudelitatem
exercendam incenduntur; quin & sæpe ijdemmet ipsi, cum votis
suis excidunt, neq; expediendis, quæ in animo ferunt, sufficiunt, a-
liquamdiu quidem in altum sublatis, postea antexpectatùm gravissi-
mo lapsu decidunt, seq; suosq; in extimam perniciem miserabiliter
præcipitant. Taceo autem, quàm infinitus sit amor Sophisticæ,
inq; multis & interdum falsis opinionibus defendendis multorum
impudens pertinacia: nihilosecius tamen ira cæcutit mundus, ut
perpetuò sublimia illa & spectet & speret, parum sollicitus de exitu
sæpenumerò infelici. Hæc est, ut Psaltes 49. ait, in animis istorum
cogitatio, ædes illas magnificentissimas, quas ædificant, fore sempit-
ternas, juxta cum nominum suorum famâ, à generatione in genera-
tionem, à quibus & ipsis terris nomina indere nō verentur: Sed certè
falluntur, quippe simul cum ipsis & nomen, & tituli, & insana illa æ-
dificia celeriter corruent, nec perdurabunt: quæ quidem via & ra-
tio vivendi plena est stultitiæ, quapropter & sicut jumenta misera-
bili exitu ex vitæ hujus luce exibunt, aliisq; sæpe inviti suam relin-
quere coguntur opulentiam. Achitophel tam politicè sapiens ha-
bebatur, ut consultus divino ore respondere crederetur, nihilose-
cius funestâ & miserabili morte periit, ad inferos dejectus, ubi sempit-
ernis cruciatibus subjicitur. Cicero togatorum litteratissimus,
infelicem animadvertens consiliorum suorum exitum, indigna-
bundus exclamavit, ô me nunquam sapientem! Horsum & perti-
nent

ment, qui se in felicitatis fastigio vivere putant, quorum filij, ut
Psalmes 144. habet, sicut novellæ plantulæ crescentes in juventute
suâ, & filia sicut anguli ornati ad similitudinem templi, quorum
penuaria plena jure proferant alimentum, quorum greges millia
producant, & decem millia in cohortibus eorum: quorum boves
præpingues, immunes ab irruptione, deniq; quorum in plateis que-
rela nulla. Beatus quidem populus cui ita est; sed beator, qui pos-
sidet Deum benedictionum fontem: Accidit enim interdum, ut ita
felices & omnium rerum copiâ luxuriantes, mundi hujus illecebris
irretiantur, inq; sordidissimam avaritiam, sicut Nabal, vel & intem-
perantissimū luxum, idq; genus similia peccata incidat, & propter
ea suo tempore maledictionem & ultionem divinam patiantur,
tuncq; ut Ezechiel ait, Argentum suum in plateas projicient, &
aurum eorum in sterquilinum erit, nec eos liberabit argentum aut
aurum in die furoris Domini: præterit enim habitus hujus mundi,
& sæpè longioris vitæ expectatione securi ex insperato moriuntur,
Quid enim sunt divitiæ, quid argentum? terra scilicet in candorem
paulum excocta, quæ in Metallicorum feralibus officinis, nomen
terræ in igne reliquit. Aurum verò nihil est, nisi malorum omnium
materies simul & merces: terra utique jam olim in ipsis rerum pri-
mordiis ejus mala prævidens, illud intra se recepit, & ne effodere-
tur, toto corpore incubuit. Quid gemmæ nisi calculi quidam
pellucidi, & variè tincta terræ mineralia. Quo d cum ita compara-
tū sit, nosq; omnes mori oporteat, neq; Mors truculenta eruditione,
non virtute, non corporis robore, moveatur, quis non adversus car-
naliū rerum Amatores, cum Ecclesiaste exclamabit inquis: Vanitas
vanitatum & omnia vanitas, sicque cum illis, qui Spiritus & Spiritu
alium vjvunt amici, summum Christianorum bonum, thesaurumq;
thesaurorū esse vitam æternam animatus statuet. Ea verò est, dicen-
te Joh. 17. ut cognoscamus Deum verum, & quem misit Jesum Chri-
stum; quam meritò omnes desiderabunt, & ut assequantur, cur etas
suas operas eò dirigent, adsumtā etiam Jacobi Patriarchæ scalā, quæ
in terrā posita, culmine suo usq; ad cælos pertingebat, in quibus
πολιτευμα seu conversatio nostra vera est; undè & servatorem ex-
spectamus, qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut confor-
me reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam, quā potest
etiam sibi subicere omnia. Quemadmodum enim illi, qui aliquan-
diu domo abfuerūt, rebus expeditis, noctuq; dieq; suos vicissim vi-
dere cogitant: ita & nos quotidie superna, ubi Christus est, non ter-
restria quæremus, ubi hæreditatem immortalem atq; immarcessibi-

tem

lem accipiemus, quam nec ærugo, neq; tinea corrumpet, nec fures auferent. Cæterum hæc vita æterna non consistit in adoratione sanctorum, non in vitâ monasticâ, aut Francisci togâ, sed in verâ Dei & filij ipsius incarnati, Dn. nostri Jesu Christi cognitione, quàm qui habent, omnia habent, nec unquam inopes erunt, ut David Ps. 73 ait; Quis mihi in cœlis præter te, & præter te nullo delector in terrâ; deficiente carne meâ, & animo meo, rupes animi mei & portio mea Deus est in seculum. Quod & Sapient. 15. legitur, Nolle Deum consummata est iustitia, & scire ejus virtutem, radix est immortalitatis. Quare non gloriatur sapiens in sapientiâ suâ, neq; fortis in fortitudine suâ, nec dives in divitiis suis: sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, si intelligat & cognoscat me, quoniam ego sum Dominus, qui facio misericordiam, judicium & iustitiam in terra, & hæc sunt, quæ ego desidero, dicit Dominus Jerem. 9. Quocirca ut tantò rectius omnia, quæ ad vitæ æternæ notitiam faciunt, pateant, singula introspicienda; & quidem primò requiritur, ut Deus cognoscatur, Et is quidem solus, verus Deus habendus, cum quo loquitur Christus, extra cujus divinitatem non est alius verus Deus, prout ipsemet de se Esa. 43 testatur, ante me non est formatus Deus, neq; post me erit. Ego sum Dominus, & non est absq; me salvator. Neque tamen hoc ipso filius aut Spiritus S. excluduntur, sed fictitij gentilitatis Dij, qui licet dicantur tales, siquidem sunt Dij multi, & Domini multi, 1 Corinth 8 nobis tamen tantum unus Deus est, qui est pater, ex quo omnia & nos in illum, & unus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Pater enim & filius unum sunt. Quare & Christi mediatoris nostri notitiâ indigemus. Nemo enim venit ad Patrem, nisi per Christum; nemo etiam novit filium, nisi Pater, neq; Patrem quisquam novit, nisi filius, & cuicumq; voluerit filius revelare, unde rectè Ludolphus Carthusianus scripsit: *Si Christum bene scis, satis est, si cætera nescis. Si Christum nescis, nil est, si cætera discis.* Et poëta Christianus *Amare Christi nomina, quæ scire præstat omnia, Amata linque cætera, In hoc amabis omnia.* Nolle etiam Spiritum sanctum oportet, qui DEI Spiritus nominatur, tertia benedictæ Trinitatis persona, verus æternusq; Deus, qui replet orbem tetrarum & omnia gubernat, quo veluti vinculo, inexplicabili modo, Christus cum Ecclesiâ, corpore suo mystico, copulatur, quem qui hospitem cordis sui recipere satagit, spiritualiter affectus esse, & tenebrarum ac carnis opera penitus deponere debet: *Hic etenim excutitur, dominante libidine carnis.* Vitam ergò nostram ita componamus, ut Spiritus Dei, & effusor ejus Christus, adeoq; tota Trinitas in nobis

nobis habitet, vivatq; , & unusquisq; nostrum cum Paulo possit dicere: vivo jam non ego: vivit vero in me Christus, Gal. 2. Deinde hæc Dei notitia non debet esse nuda, sed cum ad sensu conjuncta, ut non tantum dicere queamus, Credo Deum, quod & Diaboli sciunt, qui & propterea contremiscunt, sed etiam credo Deo, sicut Abrahamus, cui imputatum est ad justitiam, amicusq; Dei vocatus est, idq; fiducialiter, ut quæ credimus, nostro usui applicare valeamus. In hac enim verâ cognitione Dei, & Mediatoris inter Deum & homines, consistit vita æterna, neq; aliud fundamentum poni unquam poterit, idq; scripturâ & auditu verbi Dei firmatur, unde mandatum, scrutamini scripturas, in quibus vitam, quæ est in æternum, habetis, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me, Joh. 5. Est enim justitia Dei, per fidem Jesu Christi, in omnes, & super omnes, qui credunt in eum, Rom. 3. Ad hoc summum bonum, & vitæ æternæ donum, anxie suspiravi hæctenus, vir amplissim. & consultif. Dn. Albertus Heinius, Juris doctor & Professor, Academiæ & Collegii Ducalis Senior, idq; consecutus est, exeunte Augusto, horâ diei octavâ matutinâ, adstante & devotas preces præeunte, Dn. M. Christiano Michaelis, Pastore Jacobæo, cæterisq; domesticis. Huic nunc ultimum in hac vitâ honorè exhibituri, pro more vitæ ejus historiâ brevissimè pertexemus.

Natus est heic Rosochii, 17. Februarij, Anno 1571. Patre D. Friderico Hein, Professore Decretalium, & Illustrissimi Principis Megap. Ducis Joannis Alberti Consiliario, postmodum hujus Civitatis Syndico & Consule meritissimo; Matre Annâ Dobbins / Alberti Dobbins / Senioris, Senatoris quondam hujus Civitatis filia: A parente pietatis Studiofo, ad pietatem & ipse summo studio ductus, tum privatis, tum publicis Præceptoribus commendatus fuit, atq; inter cæteros viro de juventute Rosochiensis, tunc temporis optimè merito, Dn. M. Nathani Chytræo, cujus etiam piè defunctus nunquam nisi cum encomio meminit. Ad hujus Gamalielis pedes tam diu sedit, donec sub ipsius ductu tantum profecisset, ut dignus videretur, qui ad exteros ablegaretur, Hinc circa annum 1587. anno ætatis suæ 17. circa festum Joannis, Argentoratum missus, ibidem politioem literaturam sub Eloquentiæ Professore Melchiore Junio excoluit, in cujus orationum voluminibus etiamnum extat, ab ipso Argentorati habitæ Oratio; Cumq; ibidem triennio & quod excurrit, substitisset, conspectu magni illius Mathematici Dasypodij tantisper usus, domum rediit, licetrumq; Anno 1592. sub initium Martij, Basileam, cumq; ibidem annum cum duobus mensibus, apud Dn. D. Gryneum, illi singulari Dei providentiâ aliquando Spira, ab angelo à Pontificiorum fraudibus servatum Theologum, substitisset, Heidelbergam concessit, ubi ad annum & tres Menses commoratus, & consuetudine abunculi, Dn. D. Nicolai Dobbins / serenissimi Electoris Palatini Consiliarij intimioris, familiarius usus, tandem in Gallias, circa Autumnum Anno 1594. ac primò Sedanum, quo tum Iulius Pacius Iurisconsultus Heidelbergâ, ut Academicam auspiciis Bullionai nuper ibidem fundatam suâ operâ studijs Studiofo lu-

Sentu-


78
S
ventutis impensâ, clariorem redderet, commigravit, ibidem conubiū & familiarit
te pramemorati Iurisconsulti, ad annum usque, sub Augustum vententis anni Lute
tiam adiit, atq; ibidem aliquantisper substitit, Iurisconsulti Clarissimi Brederodij
amicitiā sibi interim comparans: Inde Aureliam venit, ubi per trimestre spacium,
officio assessoris nationis Germanicæ laudabiliter perfunctus est: Hinc Biturigas, atq;
inde Lugdunū adiit, iterumq; Germaniam per Helvetiam, deniq; dulcissimam suam
patriam repetiit, circa annum 1596. mense Aprilis: In patriam reuersus, eodem anno
1596. 9. Augusti, Deo sic disponente, & suis Parentibus nondissuadentibus, sibi despondit
honestam & pudicam virginem, Catharinam Horstmans, pijs parentibus, patre vide
licet Henrico Horstman, qui etiam cum non exigua rei sue familiaris jacturâ, pio
Zelo, negotium religiosè à D. Luthero inchoatæ reformationis in Sueciæ regno, cum
illud primum à crepundijs & nugis Pontificijs repurgaretur, iubit, conductis ad hoc
hominibus, qui veræ religionis libellos, ad informationem imperitæ plebis facientes,
in Suecicum Idioma transferrent, quos ita translatos, ipse suis impensis excudi & in
Sueciam transvehi curavit) matre verò Anna von Zasselen / matronā piā & mode
stā, sortem, sororem Germanam Matronæ laudatissimæ, Anna Horstmans / Magni
fici & Consultissimi Viri, Dni D. Jacobi Bordingi, Cancellarij Megapolitani, & Pro
fessoris hujus Academiæ, de eadem & privatim, & in publicis etiam Imperij Comitijs,
Impetratâ ab Imperatore Romano facultatis Iuridicæ pro tempore Decano, Comitib; &
ut vocant, dignitatibus potestate, optimè meriti, conjugis charissima, cumq; hoc ipso
anno, decimo sexto septembris, Doctoralibus auctus fuisset honoribus, Decano spectabi
li, Dno. D. Henrico Camerario, sequente Anno 1597. ultimo Ianuarij, cum prædictâ
virgine, nunc etiam ~~et~~ nuptias celebravit. Atq; ab ipso promotionis tempore,
Professionis Decretalium munus ab Celsissimo Megapolensium Duce Vdalrico, Illustris
sima memoriæ, ipsi demandatum suscepit, idq; ad hæc usq; tempora laudabiliter su
stinuit. Anno 1610. circa festum Michaëlis, vocatus est in aulam Ducis Ioannis Al
berti, beatæ memoriæ, eiq; se jurejurando Consiliarius devinxit, ubi statim sub ini
tium nobi honoris, magnis & arduis negotijs interfuit. Videlicet 7. Decemb. composi
tioni cõroversiæ de Episcopatu Ratzeburgico, inter Duces Luneb. & Megapol. obortæ,
& hoc quidem non sine periculo; Deinde divisioni provinciali & Transactioni frater
na inter Illustrissimos nostros Principes Varenholti celebratæ: Cumq; hinc Gustro
bium, ratione officij id ita exigente, concessisset, atq; interim (dum ibidem per bien
nium subsisteret, ne quid interea detrimenti res Academica pateretur) vices suæ
Professionis Viro Clarissimo, Dni D. Christiano Oheim / nunc apud Regiomontanos
Professori Iuris primario, demandasset, tandem post finitum biennium, iterum ad
nostram Academiam redijt gratiosè quidem ab Illustrissimo p.m. Principe dimissus,
sed interim ad Legationes, ut vocant, Circulares subeundas clementer deputatus.
Quo quidē Legati munere, ille toto suæ administratæ functionis tempore, ad annum
1626. transactione inter Casarem statusq; Imperij Circuli Saxonici inferioris fru
stra tentatâ clarum, sic perfunctus est, ut & Illustrissimo Principi satisfaceret, &
quod publicè conduceret, consuleret, sibiq; in omnibus suis actionibus, hunc unum
scopum haberet propositum, Bono studere publico.

Cumq; anno 1619. DEO sic disponente, prædicta ipsius conjunx, Matrona pru
dentissima fatis concessisset, (ex quâ sex filios & unam filiam sustulerat, D. Frederi
cum ante patrem die defunctum, ex quo superstes adhuc est filiola unica, Anna Ehsa
betha Heins, D. Albertum, ex quo p. d. nepotem unum Albertulum vidit quidem, sed
DEO ita volente non diu, & filiolam unicam nuper natam, Catharinam Margare
tham


tham Henricum primū, Annā, ambos in tenera et aetate defunctos, Henricum secundū, Ernestum iidem in infentia mortuum, & M. Johannem Albertum) ad secunda vota, anno 1620. circa festum Michaelis transijt, & Matrimonio sibi junxit castissimam matronam, Annam Luschobiam, D. Marci Luschobij quondam antecessoris hujus Academiæ laudatissimi, filiam, & Dn. Balthasaris Hanj, civis hujus urbis primarij viduam, omnium matronalium virtutum laude maxumē conspicuam; Quæ & ipsa eum anno 1631. Lubecā, vix ad nos cum p. d. nostro redisset, dysenteria correpta pie obiit. Ab hoc tempore viduam iterum traduxit vitam ad triennium, cum verò videret, viro seni, multisq; alijs negotijs occupato, talem vitam parum conducere, ad tertia vota accessit, filijq; sui Alberti socrum, Margaretham Hagemeysters, primum Dn. Simonis Pauli, quondam Archivarj & Secretarj Megapolitani, deinde Dn. Alberti Dobbins junioris, Senatoris hujus Civitatis probi & integri, relictam viduam ambiit & exambit. Nec eum opinio sua fefellit: Hæc enim toto gravissimi hujus morbi tempore, semper ejus lateri adhesit, semper assistit, curam ejus sollicitam impense habuit, nec quicquam vel obsequij vel pertinacis patientiæ intermisit, probam quod deceret facere & prestare agro suo marito matrem familias.

Vixit defunctus noster, Dei benignitate, bonis animi & Fortunæ largissimè ditatus, licet corporis robur & sanitas jam à vigintj & pluribus retrò annis interdum langueret. Obnoxius enim scorbuto, varijs modis sæpenuerò exercebatur, & jam hæmorrhoidū excessu, jã calculo, jã coli & intestinorū doloribus, jam dispncæ, *βραδυπνεψία*, nausæ & vomitu, nunc artuum molestijs & Erysipelate pedū œdematoso, ac similibus laborabat, à quibus tamen, cum libentissime medicamenta rectè præscripta admitteret, multoties liberatus, *εὐφορέϊα* & gratissimū sensit levamen, donec tandem ætatis decursu, annorum & laborum satur, ante semestre & præterpropter, accedente insigni *ἀσθεψία*, quod primò esculenta quæq; postea & potulenta fastidiret, marasmo senili, velut lampas, oleo deficiente, paulatim consumeretur, ac ex hujus vitæ turbulentissimis tempestatibus, quibus assiduò concutimur, ad securissimum quietis & æternæ tranquillitatis portum placidissimâ morte translatus, animam suam creatori & redemptori humani generis, à quo illam, ante annos 65. menses circiter sex, acceperat, devotissimis suspitijs redderet. Funus illi hodie, ritu Christiano, à viduâ & liberis moestissimis accurabitur, horâ primâ, cui ceremoniæ, ut & nos frequentes intersimus, & erga virum, de Academiâ, per integros 40. annos, publicè docendo, respondèdo, & consulendo bene meritū, studium nostrū, amorem & observantiã declaremus, & pietas, & officij ratio quemlibet excitabit. Adeste ergò cives Academici, omnes & singuli, in vicino templo D. Jacobo sacro, congregati, & unâ nobiscum ad sepulturæ locum exuvias Corporis relictas deducite, vobisq; metipsis, religiosis vestris precibus, exitū ex hac vitâ felicem, animitus optantes, ad istum vos sedulò & diligenter præparate, P. P. sub

Sigillo Vniversitatis dje V. Augustj, Anno XXXVI,







the scale towards document

C1 B1 A1 C2 B2 A2 C3 B3 A3 C4 B4 A4 C5 B5 A5 C6 B6 A6 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering - Scan Reference Color TEX3 - Serial No. 09A

ges ac Principes sæpè attoniti audivere : Sua-
minentis vim , non secus ac Demosthenici
petum imperij Proceres sæpè sensere. De
non tantum privati, sed & publici partibus,
inis forma, de religionis purioris vindicijs,
ibus rectè instituendis, litium prolaxis telis
ad publicam salutem conservandam necessa-
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
lut alter Sulpitius, studio, usu, experienciâ, &
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientiâ
planè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
storû disertissimû & oratorû jurisperitissimû
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
peris continentia, in fortunæ instabilitate
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
umniarum, invidiæ & livoris ictus ac morsus
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
& occupatissimus fuerit, semper tamen
in respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
as defensor, imò & excultor perpetuus fuit.
oz. viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-
bente, eidem in officio susceptus & in collegium Juridici
us fuerit; præstitit se quoq; in hac vitæ statione fidum
siones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &
iri & Labeonis Jcti exemplo annum quasi cum labori-
quibus tamen cum sensim nimis irretiri & aulæ astringi
caria viri consultissimi Christiani Obmichij J. D. exitij,
demicum sibi creditam, luculenter fœneravit. Virtuti-
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
mavit, seq; invictum reddidit : ast à morbis corporis se-
otius quò animo fortior, eò semper fait corpore debilior:
um in itinere quodam officij ratione suscepto, correptus
ti initio typum tertianæ simplicis gessit, ita non multò
sentavit, & in ædis inducijs indultis, majori paulò post
ruans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,
Accesserunt lienis & mesaræi obstructiones, & quart-
ples scorbutus, perennis itidem à capite ad fauces & pul-
alcens indelinens tussis, cujus vehementia, venula pul-
monum